

nam antiquam privilegiorum pertinet, ac Monachi ipsorum monasteriorum commendatorum d. Abbatem Cisterien, & primos quatuor, ac eorundem commissarios ad eandem visitationem recipere, & in eorum manibus professionem emittere debeant: commendatarij vero ne quempiam propter delictum egerant, sed quotiescunque Monachi quid admisserint, quod quidem animadvertit dignum sit, id quantum Priori claustrali, vel Commissario significent, qui correctionem iuxta ordinis præ. statuta faciat: ac demum Prior, & Subprior in ipsam commendatam, seu commendantis monasterij officiales spirituales dicti ordinis professi, & non faculares per commendatarios, etiam si S. R. E. Cardinales fuerint instituantur: Et præterea Concilij Tridentini decreto sess. 25. cap. 20. statutum reperitur, ut priores claustrales, aut in Prioribus conventum habentibus superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à capitulis generalibus, vel ipsorum ordinum visitatoribus instituantur: Ac insuper à Congregatione venerabilium fratrum nostrorum eiusdem S. R. E. Cardinalium negotij, & consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita resolutionibus præmissis, ac constitutionibus Apostolicis in hac emanaverint die secunda Augusti 1647. quibus tunc existentibus nostro, & sedis Apostolica in regno Poloniæ Nuncio in unum fuit, ut serio inquireret, ne commendatarij huiusmodi, & signanter dilectus pariter filius Alexander Donhoff commendatarius monasterij Andreonien. Ordinis presati Cracovien. dioc. circa officialium electiones, vel circa Monachorum vitam, & mores, ceteraque institutum regulare spectantia se ingerent: Nihilominus ydem commendatarij passim, & imprimis presatus Alex. Donhoff in vim litterarum Apostolicarum super eorundem monasteriorum commendis expeditarum, in quibus huiusmodi monasteriorum cura, regimen, & administratio tantum in spiritualibus quam temporalibus plenarie committitur, præter eundem ius instituentis, ac deservientis Priores, & Officiales claustrales visitandi, corrigendi, statuentis, ordinandi, & exercendi ea, que instituta regulare continentur eorundem commendatarij nonnulli non contenti redditibus, ac fructibus, quarum maiorem partem ex opulentioribus dicti Ordinis monasterijs colligunt, in alienam insuper messem veluti in electiones, ac depositiones Priorum ac Subpriorum, aliorumque Officialium, ac etiam visitationes, & Monachorum correctiones saltem mutere presumentes, prædicta privilegia, & constitutiones Apostolicas contempni habent in gratia eiusdem Claudij Abb. mo. universi ordinis prædicti iuris præiudicium, quare id Claudius Abb. nobis humiliter supplicavit fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur id Claudium Abbatem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdici, atque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenitentia iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequens, harum serie adhibentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinatis de prædictorum Cardinalium consilio inherentes prædictorum summorum Pontificum Prædecessorum nostrorum privilegij Ordini Cisterien. huiusmodi concessi, ac decreto eiusdem Sac. Collegij Concilij Tridentini, ac resolutionibus alias desuper factis Apostolica auctoritate tenore presentium declaravimus, decernimus, ac statutum non licere commendatarijs, Priores, Subprios aut Officialia claustrales instituire, ac deservire, visitare monachos, eoslemque corrigere, nec facultates easdem in litteris Apostolicis

concessis, & expressis, prout supra ad ea, que institutum regulare concernunt, ac tenore prædictorum privilegiorum, & Sac. Concilij dispositione monastico regimini relinquuntur, trahi posse, ac debere, ideoque iudicis filij nostris, & Sedis prædictæ Nuncijs, sive etiam locorum ordinarijs, vel dicti ordinis conservatoribus per easdem presentes iniungimus, ut quotiescunque requisiti fuerint ab huiusmodi vexatoribus, ac violentis natusse commendatarijs per censuras, & alia iuris remedia implorato etiam si opus fuerit brachij secularis auxilio, cohibeant, & compescant, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium Decernentes presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, ac pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sique in huiusmodi præmissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causatum Palatij Apostolici auditores iudicari, & deserviri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter congererit attentari. Non obstant. præmissis, ac rec. men. Bonifacij Pape VIII. de una, & in Concilio generali edita de dictis diebus, demmodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium in iudicium non trahatur, alijque Apostolicis, ac in universis alibus provincialibus, concilijs, & editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non præfati Ordinis etiam in auctoritate confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegia quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium promissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro expressis habentibus, alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, & ceterisque contrarijs quibuscumque. Volentes autem, quod presentium transcriptis etiam impressis, manus alicuius Notarij publici superscripsi, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prout sua fides in iudicio, & extra adhibeantur si forent exhibere, vel ostendere. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1654. Pontificatus nostri. Anno decimo.

Similes litteræ expeditæ fuerunt pro Monachis Camaldulensibus sub die 20. Martij Anno 1657.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Dilectus.

SUMMARIUM.

- 1 Rescriptum super restitutione beneficij non valet tacita causa excommunicationis, & privationis impetrata, & n. 7.
- 2 Index admitti debet ad defendendam sententiam suam.
- 3 Index est non fiat iniuria per appellationem, si tamen aliquis præiudicium ex retractatione sententia.
- 4 Index, qui male iudicavit, qualiter sit puniendus.
- 5 Index à quo regulariter non est citandus in causa appellationis, si præcesserit per requisitionem, seu ad instantiam partis.
- 6 Sacus si ex officio.
- 7 Agens possessorio recuperando repellitur exceptione auctoritatis à beneficijs, & excommunicationibus.
- 8 In rescripto non sufficit factum narrare, nisi causa facti adhibeatur, quam iudex præterit.
- 9 Si de pluribus causis faciendum est mentio, si plures sint.
- 10 Modus iridem exprimens si causam dandi, vel negandi præstat.
- 11 Rescriptum non valet cum processu suppressis.
- 12 Rescriptum redditur subrepticium non solum tacendo id quod est factum, sed etiam tacendo quomodo, & ex qua causa sit factum.
- 13 Princeps ex generalitate facile potest circumveniri.
- 14 Visitator generaliter datus à Papa potest Clericos beneficijs private propter eorum graves, & manifestos excessus.
- 15 Declaratur procedere si hoc habeat ex litteris delegationis, alias secus, & n. seq.
- 16 Delegatus non potest beneficio privare, nisi hoc exprimat commissio ei facta.
- 17 Visitator, & iudex censetur uti potestate, per quam actus sustinetur.
- 18 Visitatores generales possunt inquirere, & referre, sed non privare.
- 19 Intellectus cap. In singulis, de statu Monachor. & n. 1.
- 20 Privatio beneficij est poena ordinaria, que non imponitur nisi pro gravissimo crimine prævia citatione, & legitimis exceptionibus discussis.
- 21 Privatus à iudice non servante ordinem iudiciorum potest petere restitutionem tanquam spoliatus.
- 22 Visitator datus à Papa censetur datus ad corrigendum.
- 23 Visitator potest à beneficijs suspendere, & n. seq.
- 24 Correctio an depositionem contineat.
- 25 Visitator an possit contra contrumelias ad poenam privationis procedere.
- 26 Episcopus visitans loca exempta, vel in illius diocesis in vim Concilij Tridentini an possit causas ordinarias cognoscere, ac diffinire, & n. seq. usque in fin.
- 27 Visitatio sine quis sit.
- 28 Visitatio & correctio sit ad poenitentiam, & extra

- formam iudicij, & n. 40. 42. & seq.
- 29 Appellatio in his, ubi de visitatione, & morum correctione agitur, ad effectum suspensionis non admittitur, nisi modum excedatur.
- 30 Appellatio in causis ordinarijs admittitur ad utrumque effectum, etiam si in visitatione diocesis cognoscantur, & n. 32.
- 31 Episcopus extra visitationem nullam habet iurisdictionem in locis nullius diocesis, & n. 35.
- 32 Appellatio remedium à innocentia præsidium institutum.
- 33 Visitatores licet procedant sine strepitu, & securi iudicij, tamen legitima defensiones semper sunt salva.
- 34 Defensio à iudice, vel à Principe tolli non potest.
- 35 Episcopus in loco exempto non potest tribunal erigere.
- 36 Visitatio debet ab Episcopo quam celerrime absolvi, debita tamen cum diligentia.
- 37 Sententia non nimia festinatione, ac precipite ferenda est.
- 38 Et debent saltem procedere termini substantiales.
- 39 Archiepiscopus in visitatione provincie Episcopo negligente potest in criminibus notarijs procedere, & poenas ordinarias imponere.
- 40 Episcopus in visitatione Capituli exempti potest sine adiunctu punire crimina, sed non poena ordinaria.
- 41 Visitator Regularium officium est alique iudiciorum strepitu intendere regulari disciplina, & reformationi Ordinis.
- 42 Precuratio non debetur visitatori, qui vadit pro causa expedienda.
- 43 Episcopus in visitatione potest imponere poenas non ordinarias, sed eas tantum que morum correctionem respiciunt.
- 44 Cause ordinariæ extra visitationem sunt cognoscendæ.
- 45 Episcopus in visitatione Ecclesie exempta non debet ad specialem inquisitionem descendere, nec sententias ferre.

DILECTUS. Il primò. Rescriptum impetratum super restitutione beneficij non valet, si de causa excommunicationis, & amotionis impetrantis mentionem non faciat, hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes. Dividitur in duas partes. In prima ponitur facti narratio. In secunda iudicis instructio: ibi, nos igitur. Secundum Hof. Duo Presbyteri propter evidentes excessus Ecclesijs privantur. In communi forma impetrant ut restituantur: litteræ viribus carere pronunciantur.

Nota primò ex eo quod hic visitator, qui sententiam privationis tulerat, denunciavit Papæ argumentum quod iudex est admittendus à superiore ad defendendam sententiam suam, prout hic colligit Goffred. Hof. num. 1. in vers. Quod cum ipse. Jo. Andr. num. 2. in vers. Inimavit. Bald. num. 4. Butr. num. 6. Cardin. & Anch. ambo in primo narab. & Abb. num. 6. Nam et iudicij non fiat iniuria ex eo quod litigatores ad appellationis remedium convolvantur, ut l. Et in maioribus, c. De appellat. tam

men infertur ei aliqua præjudicium ex retractatione sententiæ, arg. l. A sententiâ. ff. Eod. tit. 4. Præterea intercell judicis sententiam suam tueri, quia obesse ei si deprehenderetur iniquo animo pronunciasse. C. Hoc etiam si. q. 6. nam licet fecisset suam, & condemnaretur in veram estimationem. l. Si filius familiaris, ff. De iudic. l. 2. C. De pen. iudic. qui malè iudic. Quod si per imperitiam, in quantum superiori æquum, & bonum videretur, ut infra, de obligat. qua ex delicti, nascunt. in princ. l. ult. ff. De var. & extrajud. cognit. Sin autem per sordes, vel per gratiam iniquè iudicasset, suspensus esset per mensem ab officij executione, in estimatione litis nihilominus condemnandus, ut in c. Eterni. §. Si quis, de senten. C. re iusticiæ, lib. 6. ob quas rationes repellendus non esset iudex, qui sponte se offerret ad instruendum superiorem super processu, & sententiam suam defendere niteretur. Dixi, qui sponte se offerret, quia regulariter iudex non est citandus, cum ex revocatione sententiæ non infertur ei directum & notabile præjudicium, c. Venerabilibus in princ. de sent. excom. lib. 6. & notat Innoc. in c. In nostra, de procurat. & in c. De cetero, de transac. lo. Andr. & omnes hic, teste Felin. num. 3. Ceterum hoc declaratur verum esse si iudex processerit per inquisitionem, & ad instantiam partis, ut in d. c. Venerabilibus, & est communis opinio ut testatur Felin. hic n. 4. vers. Sed non est recedendum, quidquid contra scripserit Salic. in l. fin. in fine. C. Si reus, vel accus. mort. fuer. Cujus motivis breviter respondet Felin. d. num. 4. Secus autem est si iudex processerit ex officio, quia debet citari, ut sententiam suam defendat. Tum quia tenet locum partis; Tum etiam quia sua interest ne postea puniatur, si comperatur processisse iniquo animo, vel per impudentiam, ut probatur in eod. c. Venerabilibus. Secundum Abb. hic num. 6. & Felin. num. 4. & notat gl. in c. Cum specialis, in ver. Coram superiore, infra de appellat. Alias quinque declarationes ad prædictam regulam, quod iudex non sit citandus, ponit idem Felin. à num. 5. vers. Secunda declaratio usque ad nu. 10.

7. Secundo, nota duas causas inficientes rescriptum ad lites. Altera est cum impetratur super restitutione beneficii, & impetrans non exprimit se per sententiam fuisse eodem beneficio privatum. Altera cum excommunicatus impetrat non facta mentione excommunicationis. Tres rationes hujus subreptionis assignat gl. in ver. Excommunicationis. Prima est, quia tacuit processum iudicis. c. Inter, de re iudic. Secunda, quia tacuit vitium suum; quod si expressisset, nullæ litteras obtinisset, cum ei interdiceretur agere, c. Intelleximus de iudic. c. Via, de except. lib. 6. secundum Innocen. n. 2. in eod. ver. Tertia, quia ingressus se excommunicationi fidelium, propter quod puniendus est, c. Illud §. Illud autem, de Cler. excom. ministr. & c. Placuit 11. q. 3. Et hinc collige duas exceptiones, que admittuntur contra agentem possessioni recuperandæ, videlicet sententiam privationis, & excommunicationis secundum Anton. de Butr. num. 4. & s.

8. Tertio nota ibi, causam, in rescripto super restitutione beneficii non solum esse exprimentiam sententiam privationis, & excommunicationis, sed etiam ipsius sententiæ causam. Non

enim, ut inquit Innoc. num. 1. in ver. Sine causa sufficit factum narrare, ut expolationem, nisi quis narret causam facti, quæ si expressa fuisset, Papa verisimiliter litteras non concessisset, ut hic, & in l. 3. C. De adop. Idem notat gl. 1. diens non sufficere in litteris Pape scripi facti narrare nisi causa facti adhibeatur, arg. c. Oritur, 23. q. ult. & c. Cum causa, infra, de restit. cum alijs in gl. allegatis, & consentit Jo. Andr. num. 7. in ver. Amotious, & Cardin. num. 2. in 6. notab. Quod procedit etiam causa verè non subsistit. Nam nihilominus fieri debet mentio de illa, quam prætenit visitator; præsumitur enim quis dolose scripi negotij tacere, si mentionem non facit de causa, quam iudex prætenit, c. Super eo, de cohabit. Cleric. & mulier. per Innoc. hic num. 2. in ver. Iuribus carere, & Holl. nu. 4. 9. vers. Item nota, quod non sufficit, & Cardin. n. 5. in verba oppositio, adeo ut etiam de pluribus causis facienda sit mentio, si plures sint, alijs non valeret absolutio, ut hic & in cap. Ex parte, infra de offic. ordi. & in c. Cum pro causa, de sent. excom. secundum Goffred. hic, & Holl. num. 3. in ver. Sine causa, Roman. cons. 272.

10. Commissio impetrata, in fine. Quinimo secundum Innocentium exprimentus est etiam modus facti, quando modus causam dandi, vel negandi præstaret. l. Ut responsum, C. De transac. Nam aliter Princeps referret si actum esset per viam accusationis, aliter si per viam inquisitionis, arg. c. In primis, 2. q. 1. c. Qualiter, in secundo de accusat. & c. Licet, de Simon. Itaque rescriptum non valet cum processu suppressitur, c. Inter monasterium, de senten. C. re iudic. secundum 12. Host. hic num. 4. vers. Item nota quod non valet. Et ex prædictis collige notabilem theoriam, videlicet rescriptum reddi subreptum non solum tacendo id quod est factum, sed etiam tacendo quomodo, & ex qua causa sit factum, omnino enim moti & forme virili dispositionem, ut l. Qui Roma. §. Flavus Termes, ff. De verbor. obligat. & c. Pisoni, de restit. spoliat. Rationem assignant Roman. & Felin. ubi supra, quia ex ea generalitate, quæ obscuritatem parit, potest Princeps facile circumveniri, l. fin. ad fin. ibi. Valido sermone se iactat. C. De dot. promiss.

14. Quartò nota ibi, duxerit amovendus, generalem visitatorem posse clericos beneficijs privare propter eorum graves, & manifestos excessus, juxta textum in c. Inventum 16. q. 7. prout hic notant Petr. Aegidius, & Abb. Antiq. num. 2. Balda nu. 3. in secundo notab. Petr. de Anchar. num. 2. in secundo notab. Anton. de Butr. in primo notab. dicens Visitatores generales datos generaliter in Ecclesijs civitatis daces, habere potestatem procedendi ut Inquisitores usque ad sententiam privationis à beneficio, & sequitur Abbas Siculus dicens Visitatorem datum ad corrigendum, posse privare beneficijs, & Felin. num. 2. Idem firmat Feder. de Sen. cons. 55. Per visitatores, & idem Feder. cons. 145. Joannes Episcopus in tertia est. num. 2. ubi amplius tenet Visitatores posse deponere causa subsistente. Quod etiam tenent hic Jo. Andr. & Colletar. prout illos refert Balda. n. 6. circa finem. Quod intelligunt Petrus, Aegidius & Abbas dummodo Visitator sit datus à Papa, prout hic datus fuerat, ut probatur circa principib. commissum, alias secus, ut in c. In singulis, sic

de statu Monach. & consentiunt alij præallegati. Item hoc intelligit Felin. d. num. 2. dummodo visitator hoc faciat præmissa citatione, & legitimis exceptionibus discussis. Et ita intelligit Federicum locis citatis.

Moventur omnes, quia nomine visitationis continetur correctio, propterea enim instituitur visitatio, ut corrigatur qui fuerint corrigendi, arg. c. Eaque, vers. Et tam in spiritualibus, & vers. Si verò Abbates, infra de statu Monach. Nec possent forsan corrigi, nisi à beneficio amoverentur. Unde consequens est ut visitator possit clericos & à beneficio removere etiam quos visitando reperit criminosos, ut hic, & in c. Ex litteris, de excess. Pralat. in c. Ad petitionem, de accusat. in cap. Cum l. & A. de re iudic. & in cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6. Non obstat textus in c. 1. de tempor. ordinat., quia loquitur in occultis criminibus; textus autem noster in manifestis, ut patet ibi, Et manifestos, secundum Jo. Andr. & Butr. num. 8.

15. Sed tu adverte, quia etsi plerique ex Doctoribus præallegatis simpliciter dicant generalem Visitatorem datum à Papa posse clericos criminosos à beneficijs amovere; tamen hæc conclusio procedit tantum in duobus casibus.

Primus est cum visitator hoc habet in facultatibus. Quod non obscure sentit Host. hic num. 2. in ver. Amovendos, dum dicit generales visitatores non posse à beneficijs amovere nisi sint delegati, id est nisi hoc habeant ex litteris delegationis; & ita intelligit text. in d. c. Cum l. & A. de sent. & re iudic. & in cap. Qualiter, in secundo de accusat. prout illum declarat Cardin. hic n. 5. in prima oppositio. Idem tenet Feder. de Sen. d. cons. 145. ubi tandem concludit cum Lapo, visitatorem simpliciter datum non posse deponere, nisi in suo mandato dicatur, inquiras, & corrigas. Et consentit Imola in Clem. Attendentes, in 6. col. de statu Monach. & Felin. hic num. 2. confert quod notat Jo. Andr. in c. 1. de homicid.

16. lib. 6. dum dicit delegatum non posse aliquem privare beneficio, nisi hoc exprimat commissio ei facta, sicut fiat expressum in c. Quia diversitatem, de concess. præben. & in c. Cum delecti, de accusat. & sequitur Cardin. post Paul. in Clem. Attendentes. §. Visitatores, num. 4. in 6. questione, vers. Oppono ad hoc, & vers. Et ex hoc non expedit respondere, de statu Monach. Et in hoc primo casu intelligo hanc decretalem, supponendum est enim Abbatem S. Stephani in sua commissione habuisse hanc facultatem amovendi clericos à beneficijs ob eorum graves, & manifestos excessus. Neque dicas hunc intellectum esse divinatium, cum de hac facultate nulla habeatur mentio in littera; observandum est enim de potestate Abbatis hic non fuisse dubitatum, sed tantummodo de subreptione litterarum, eo quod impetrans non fecisset mentionem de causa amotionis, & excommunicationis. Unde in reliquis supponendum est Abbatem fuisse legitima potestate suffultum; alioquin à beneficio amovere non potuisset, ut bene considerat Cardin. num. 5. vers. Et vult hæc solutio, ubi ait. (Iste Abbas erat etiam delegatus, seu datus iudex, seu inquisitor super hoc, & hæc vera solutio, sed divinat. Verum dic quod hic non disputatur de potestate Visitatoris, sed præsupponitur quod habebat,

Quando autem non est sibi tributa specialis potestas, comparari postea officiali Episcopi, qui etiam non movet à beneficio, c. 2. de offic. Vicar. lib. 6.) Hæc ille. Et ita etiam potest intelligi textus in c. fin. infra de statu Monach. Idcirco enim Visitatores illi privare possunt beneficijs non exemptos, quia clarè ibi hoc reperitur eis commissum.

17. Secundus casus, in quo Visitator potest clericos beneficijs privare, est cum simul est visitator, & iudex; cum enim eo casu duplicem habeat potestatem, videlicet visitatoris, & iudicis; dum privat clericum beneficio, censetur ut ea potestate per quam actus sustinetur, & sic iudicis, arg. l. 2. §. 1. vers. Perinde, ff. de iudic. & iurtheoria Bald. in l. Non codicillum, nu. 7. C. De testam. ut scripsi plenius in c. Cum tempore, num. 35. 38. & 39. & segg. infra de arbit. Et in proposito tenet Butr. hic num. 8. ubi dicit visitatorem non iudicem quamvis generaliter datum à Papa non posse deponere; secus si sit Visitator iudex delegatus. Itaque si Visitator sit etiam iudex delegatus, potest procedere ad sententiam privationis intellige si hoc habeat in commissione. Atque ita hic casus coincidit cum primo. Sin autem sit ordinarius; tunc absolute potest, servatis tamen servandis, amovere clericos à beneficio, etiam in visitatione, & actus sustinetur in radice ordinaria jurisdictionis, licet non debeat, cum teneatur visitationem celeriter absolvere, ut dicam infra num. 35. Sed extra hos duos casus constituenda est regula in contrarium, videlicet generalem visitatorem non posse quemquam à beneficio amovere. Quod tenent hic Innoc. num. 1. Host. num. 2. Jo. Andr. num. 5. omnes in ver. Amovendos. Bald. num. 6. dicens cum Innocentio generales Visitatores posse inquirere, & referre, sed non privare; allegat simile in l. fin. ff. De offic. Prefec. vigili. & l. Soleat, ff. De offic. Proconsul. Idem firmant Lap. Feder. de Sen. Cardin. Imola, & Felin. supracitati num. 14. latè idem Cardin. post Paul. de Eleazar, in Clem. Attendentes. §. Visitatores, nu. 4. in 6. questione de statu Monach. ubi tandem concludit pro hac parte.

19. Fundatur principaliter hæc opinio secundum omnes in c. In singulis. §. Ordinatur, vers. Ita quod si rectorem, de statu Monach. ubi est expressum visitatores non posse penitus ab administratione amovere, sed debere Episcopo denunciare ut amoveat. Nec refert quod ille textus non procedat in Visitatoribus datus à Papa, sed ab alijs dumtaxat, ut hic dicunt Petr. Aegid. & Abb. supracitati num. 14. Quoniam hæc differentia non probatur jure, ut inquit Cardin. hic num. 5. vers. Sed hæc diversitas inter datum à Papa. Quinimò si bene advertatur, ille textus loquitur in Visitatore Apostolice auctoritate delegato, ut indicat littera ibi; vice nostra studeant visitare, ubi gl. exponit verba illa, vice nostra, id est tamquam delegari auctoritate illius constitutionis, & Host. num. 1. in eod. ver. Tanquam delegati à nobis.

20. Deinde fundatur hæc opinio quia privatio beneficii est pena ordinaria, quæ non imponitur nisi pro gravissimo crimine prævia citatione in iudicio ordinario, & legitimis exceptionibus discussis, c. Inventum 16. q. 7. & ibi Hugo. Archid.

chid. & B. lam. omnes in ver. Severitate, c. Satis perversum, & ibi gl. unica 56. dist. & notat hic
 21 **Fin. nu. 2.** ad eum privatus a iudice non servante ordinem iudicium possit petere restitutionem tamquam spoliatus, c. Ad petitionem ibi. (est restituendus foret propter iudicium ordinem non servatum.) infra, de accusat. & c.
 22 **In primis 2. q. 1.** At Visitator non iudex non potest in visitatione cognoscere causas ordinarias, & requirentes iudicalem indaginem, ut dicam plenissime in questione sequenti a num. 25. usque in finem. Ergo nec potest infligere hanc penam privationis beneficii. Nec refragatur ratio Petri de Sampson, Agidij Cremonensis, & Abbatis Antiqui, quod Visitator datus a Papa sit datus ad corrigendum, & forte visitatus non possit corrigi, nisi amoveatur a beneficio. Quoniam hinc non sequitur ut visitator possit excedere limites visitationis, & correctionis, quae fit ad penitentiam, & extra formam iudicij ut dicam infra num. 28. & 40. usque in finem. Et visitatum alioquin incorrigibilem poterit ab administratione beneficii amovere, seu a beneficio ad tempus suspendere, sed non privare titulo, seu a beneficio deponere, ut in simili notat glossa in d. c. Ad petitionem, in ver. Modus probandi, in fine. Suspendio enim huiusmodi fieri potest etiam extrajudicialiter, & ob crimen occultum, ut hodie sancitum est decreto Concilij Tridentini in c. 1. sess. 14. ut scripsi plenius in c. Extentare, & in c. Ad aures, infra de tempor. ordinat. Non obstat quod verbum correctionis etiam depositionem contineat, arg. c. Contumaces 50. dist. & notat gl. 1. in c. Quarenti, de verbor. significat. & Cardin. in d. Clem. Attendentes, §. Visitatores, in 6. questione post princ. de statu monachor. Siquidem hoc procedit si subjecta materia hoc suadeat; alias secus; ut patebit ex dicendis infra num. 28. Vel secundum Hugonem verba illa, peregrina cu communitio tribuatur, non intelliguntur per amotionem ab officio, & beneficio, sed per suspensionem, ut notatur in d. c. Contumaces, in glo. in ver. Neglexerint.
 25 Et hinc forte colligi potest notabilis limitatio ad regulam superius propositam, ut scilicet contra contumaces, maxime si sint notorij, possit Visitator procedere etiam ad penam privationis, cum eo casu non sit opus procedere servata teli iudicaria. In singulariter post Lap. notat Cardin. loco proxime citato per d. c. Contumaces, c. Si quis, 81. dist. c. Eleutherius 18. q. 2. c. Sciendum 8. q. 1. c. Si quis tumidus 15. q. 7. & c. Si quis, 23. q. 5.
 26 **QUERO,** An Episcopus visitans Ecclesias exemptas, vel nullius diocesis in vim Concilij Tridentini, c. 2. sess. 7. & c. 9. sess. 24. possit processu judicialiter conicere, causasque ordinarias cognoscere, ac diffinire. Videtur respondendum non posse. Nam visitationum omnium precipuus scopus est sacram, orthodoxamque doctrinam expulsi haresibus inducere, bonos mores tuere, pravos corrigere, & populum cohortationibus ad religionem, patientiam, innocentiamque accendere, cap. 1. §. Florentinum, 85. dist. c. Placuit, 11. q. 1. c. In singulis, & c. fin. de statu Monach. cap. Romana, §. Sane, de cons. in 6. & habetur disertis verbis in cap. 3. sess. 24. Concilij Tridentini, §. Visitatum

autem. Hec autem non strepitus iudiciali, sed paternis admonitionibus, & extrajudiciali correctione potius perficiuntur, ut in cap. 1. sess. 13. 28 Visitatio enim, & correctio ad penitentiam, & extra formam iudicij, arg. cap. si homo, 27. qu. 1. & c. Cum beatus, 45. dist. & notat. glo. in c. Ad nostram, in ver. Minus, infra de appellat. Quam sequuntur ibi Tancred. & Vincen. Host. in fin. Anchar. num. 4. Abb. n. 7. & alij communiter. Idem dixit Calder. cons. 453. alias 11. vers. Nam visitatio. Unde ex fine huiusmodi factis probatur in visitatione non esse judicialiter procedendum.
 29 Secundò idem probatur, quia in his ubi de visitatione, & morum correctione agitur, non admittitur appellatio ad effectum suspensionum, nisi modus excedatur, c. Licet, ubi gl. 1. & fin. & c. Irrefragabili, de offic. ordin. d. c. Ad nostram, ubi Innoc. & omnes notant. de appellat. & hodie statutum est decreto c. 10. sess. 24. ejusdem Concilij. Sed in causis ordinariis admittitur appellatio ad utrumque effectum devolutivum, & suspensionum, juxta c. 1. sess. 13. & cap. 20. sess. 24. etiam si in visitatione diocesis cognoscantur, ut saepius censuit S. Congregatio. Ergo dum Episcopus has causas judicialiter cognoscit, excedit modum visitationis, atque transgreditur limites suae facultatis, quia extra visitationem nullam habet jurisdictionem in locis nullius diocesis, ut patet ex decreto d. c. 9. sess. 24. & saepius fuit resolutum.
 Et confirmatur; quia ut a sententia diffinitiva Visitatoris datur appellatio, aut non datur. Si dixeris dari appellationem, hoc est contra decretum Concilij in d. cap. 10. & iura proxime citata, quibus interdicitur appellatio in causis visitationum. Item sic nullus esset fructus visitationum, quia decreta omnia per appellationem suspenderentur. Si dixeris non dari, hoc est contra d. c. 1. sess. 13. & d. c. 20. sess. 24. & contra omnia iura, quae dicunt a sententia diffinitiva, vel diffinitiva vim habentem posse appellari ad utrumque effectum suspensionum, & devolutivum, cap. De appellat. in v. c. Dilectus, & c. Ut debitas, de appellat. & cap. Romana, eod. tit. lib. 6. cum mult. siml. Item esset in facultate Visitatoris cognoscendo, & diffinendo in visitatione causas ordinarias praeferere omnibus litigantibus remedium appellationis, quod ad innocentiae praesidium iura instituerunt, ut in d. c. 1. sess. 13. & ad corrigendam iudicantium iniquitatem, vel imperitiam, ut in l. 1. ff. De appellat. & tamen, ut inquit Feder. de Sen. cons. 55. Per Visitatores, num. 1. vers. Sed certum est, quomodo cumque, & qualitercumque Papa mandet per Visitatores procedat sive simpliciter, sive de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, sive praesens scribar, semper legitime defensiones sunt salvae, cap. Ex parte, et secundo de off. deleg. Clem. Pastoralis, in fine, de re iudic. & l. Saep. ff. De verbor. obligat. Plurimum enim claudicaret iudicium, si audiretur impugnatio, & non defensio, quae a iure provenerit naturali, & quam iudici sive Principi tollere non licet, ut in d. Clem. Pastoralis, & c. Cum inter, de except. Superest igitur, ut in visitatione nullatenus possint causae ordinariae cognosci, & diffiniri.
 35 Tertio idem suaderetur, quia iure communi in-

inspecto non licebat Episcopo in loco exempto tribunal erigere, aut jurisdictionem exercere. c. Luminoso, 18. q. 2. c. Cum Episcopus, ubi gl. in ver. Non exempto, de offic. ordin. in 6. Concilium vero ut in iisdem locis Ecclesiastica disciplina conservaret, ac restitueret, concessit Episcopis jus visitandi tamquam sedis Apostolicae delegatis, juxta d. c. 2. sess. 7. & d. c. 9. sess. 24. Unde reliqua iurisdictione ordinaria remanet salva inferioribus Praelatis, utpote illis non adempta decretis Concilij, l. Praecipimus, in fine. C. De appellat. Et est text. in c. Fratres, §. Quod si contra, 16. q. 1. Quod si Episcopi in visitatione possent causas ordinarias diffinire, Concilium non rindum jus visitandi, sed ordinariam quoque jurisdictionem eidem tribuisset; esset enim eorum facultate causas omnes decidere in visitatione in fraudem privilegij exemptionis contra text. in c. Quanto, ubi gl. notat in ver. Fraudem, infra de privileg.
 35 Quarto Episcopus debet visitationem quam celerimè absolvet, ac inutilibus sumptibus euiquam gravis onerosusque sit, ut statuitur in c. 3. sess. 24. ibi: Studeant quam celerimè, debita tamen cum diligencia visitationem ipsam absolvere, & in Concilio Toletano c. 4. quod refertur in c. Inter cetera, 10. q. 3. decernitur ut Episcopus diocesis visitans non amplius quam una die per unam quamque basilicam remorandi licentiam habeat. Sed causas ordinarias debet Episcopus, ac iudex matura deliberatione examinare, & sententias non nimia festinatione, ac precipitanter ferre, c. Cum ex litteris, infra de integ. restit. Clem. Pastoralis, §. Verum de re iudic. & debent saltem procedere termini substantiales. Cal. 128. decis. 8. de re iudic. Rota decis. 1278. par. 3. divers. Imò satis est ut causa infra biennium a die motae litis terminetur, juxta c. 20. sess. 24. Unde ex hac contraria procedendi ratione in visitatione, atque in causis ordinariis manifestè apparet causas ordinarias non esse in visitatione cognoscendas.
 37 Quintò, speciale est in criminibus notorij cum Episcopus est negligens, ut Archiepiscopus cognoscere, & penas ordinarias imponere. c. Romana, §. Sane, vers. Notoria vero crimina, de appellat. in 6. Ergo in contrarium est jus commune, l. in singulari, ff. De legib.
 40 Sextò, haec opinio satis probatur in d. §. Sane ubi Praelatus in visitatione jubetur ea, quae ad ejus officium spectant, absque coactione, & exactioe qualibet juramenti ad emendationem per salubria monita nunc levia, nunc aspera, juxta datam à Deo prudentiam diligenter intendere.
 Septimò, idem videtur probari decreto c. 6. sess. 25. Concilij Tridentini ubi constituitur differentia an Episcopus visitet capitula Ecclesiarum exempta; an vero procedat extra visitationem. Etenim visitatione quidem dicitur posse solus procedere; extra visitationem vero non nisi adhibitis duobus de capitulo. Et sacra Congregatio ejusdem Concilij interpres jam declaravit Episcopum in visitatione capituli posse solum crimen aliquod corrigere, & punire, non tamen pena ordinaria, sed ea potius, quae morum emendationem respiciat. Quod si compilato

processu formato iudicio, prout juris fuerit, contra aliquem capitularem in visitatione Episcopo procedere voluerit, servandum esse formam traditam c. 6. sess. 25. ut non solum, sed adhibitis deputatis procedat. Patet igitur idem esse in visitatione procedere juris ordine servato, & extra visitationem causas cognoscere.
 Octavò, pro hac sententia est textus expressus in c. in singulis, §. Ordinantur, infra de statu Monach. ubi Concilium generale praecipit ut in Capitulis provincialibus, regularium deputentur religiosae personae, quae singulas Abbatis ejusdem regni, seu provinciae non solum Monachorum, sed etiam Monialium tamquam delegati auctoritate illius constitutionis studeant visitare, corrigere, & reformantes, quae correctionis, & reformationis officio viderint indigere. Et mox subdit: (ita quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denunciant Episcopo proprio ut illum amovere procuret. Quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicam Sedis examen.) Ex quibus verbis patet Visitatores non posse beneficijs privare. Nec mirum; quia causa haec privationis est ordinaria, & iudicalem requirit indaginem, ut dictum est supra num. 20. Atque ita per textum in d. c. In singulis firmant Innoc. Host. Jo. Andr. Butr. Cardin. & alij plures, quo citavi supra num. 18. Et ad hanc decretalem, & ad alia iura, quae videntur tribuere Visitatoribus potestatem amovendi à beneficio respondeo, ut dixi supra, num. 16.
 42 Nonò, hoc tenet Jo. Andr. inter consil. Feder. de Sen. cons. 292. col. 1. sub num. 1. vers. Ad hoc respondeo, ubi consulit Visitatores ordinatos à Capitulo provinciali Monachorum ordinis S. Benedicti posse quidem visitare monasteria Monialium habitus nigri; (sed absit inquit) quod tribunal teneant, vel judicialiter cognoscant. Est enim ipsorum officium absque iudiciorum strepitu intendere regulari disciplinae, & reformationi ordinis. Quod probat etiam Jo. de Imola in c. 1. de cons. in 6. ubi ait, Visitatorem non posse procedere judicialiter per viam fore contentiosi, sed extrajudicialiter per modum fore penitentialis, & videtur esse ibi aperta decisio
 43 Innoc. in ver. Visitatio, ibi: (Visitare intellige etiam vadae causa configuandi pueros in fronte, vel consecrandi Ecclesias, vel pro quocumque alio negotio communi, & c. Secus autem si pro causa expediendi eat.) Semit ergo Innocentius Episcopum, dum causas cognoscit, & expedit, non censeri visitare, ac propterea eidem non deberi procuratorem, & sequitur ibidem Anchar. num. 4. vers. Secus, secundum Innocentium, si vadit pro causa expediendi.
 44 Ulmò, etiam nonnulli recentiores contrarium sentierint in hac sententia videtur sapius respondisse sacra Congregatio Concilij: nam olim à capitulo Segobitensi consulto, An; & ad quae genera penarum possit Episcopus se extendere in visitatione, & ad penam ordinariam delicti procedere; respondit posse imponere penas non quidem ordinarias, sed eas tantum, quae morum correctionem, & emendationem respiciunt. Et Archidiacono Juvencenti postulantem an Episcopus in visitatione possit causas ordinarias cognoscere; respondit causas ordinarias extra visitationem esse cognoscendas. Ac demum die 1. Februa-

Februarii 1607. precepit Episcopo Tornacensi, ut in visitatione Collegiata Ecclesiarum exemptarum contineret se intra limites nostrissimos visitationis, ita ut neque ad specialem inquisitionem descenderet, nec processus conficeret, nec sententias ferret; sed in his, quae morum correctionem, atque emendationem respiciunt, sine iudicij strepitu decerneret.

DE CONSVETVDINE.

Cap. Consuetudines.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo inferens gravamen Ecclesis, seu eo onerosam tenet. & n. 3.
- 2 Et de facto revocari debet. n. 4.
- 4 Remittere verbum quid importet.
- 5 Consuetudo ut sit servanda, debet esse rationalis, & Religioni conveniens.
- 6 Consuetudo Ecclesia praedicialis ratione caret. & n. 33.
- 7 Statutum inferens gravamen Ecclesis non valet, etiamsi sit legatum de latere. n. 9.
- 8 Consuetudo, & Statutum non differunt, nisi sicut tacitum, & expressum.
- 10 Consuetudo ut dicatur Ecclesis onerosa non sufficit quaecumque praedicialium, sed requiritur magnum.
- 11 Quod iudicis arbitrio relinquitur. Et quid post Bullam Urbani VIII. num. 21. & seq.
- 12 Latio enormis, vel magna iudicatur iudicis arbitrio.
- 13 Ecclesia tenetur tolerare incommoda non multum latentia propter consuetudinis auctoritatem.
- 14 A consuetudine sine magna causa non est recedendum.
- 15 Minima, seu modica in remedijs ordinarijs attenduntur.
- 16 Fallit propter auctoritatem consuetudinis.
- 17 Consuetudo, qua Parochus tenetur suis parochianis in Paschate dare Agnum paschalem, vel passtum, aut certa die candela de cera alba, an valeat. & n. 12.
- 19 Et quid in consuetudine, qua Plebanus dare debet cutibus parochianorum certas libras carnis porcinae ante solutionem decimarum.
- 22 Modica praedialia non magnopere curat lex.
- 23 Fallit si dispositio concepta sit verbis universalibus. & n. seqq.
- 24 Verba universalia comprehendunt etiam minima.
- 25 Constitutio loquens per verba universalia, & geminata non recipit interpretationem restrictivam a iure communi.
- 26 Consuetudo gravans clericos, eorumque bona patrimonialia an sit nulla. & n. seqq. Et quid post Bullam Urbani VIII. n. 31.
- 27 Bona patrimonialia Clericorum an gaudeant privilegio bonorum Ecclesiae.
- 28 Praescriptio in bonis patrimonialibus Clericorum de iure communi currit sicut in bonis laicalibus. Et quid post Bullam Urbani VIII. & n. 3.

- 29 Consuetudo ut clericus testari possit de fructibus suis praebenda percipiendis post eius obitum usque ad annum, valida est.
- 30 Restitutio in integrum non datur Clerico ratione lesionis in bonis patrimonialibus, vel in redditibus Ecclesiarum ei debitis.
- 32 Consuetudines Ecclesis praediciales per hoc cap. sublatae, quae sent. & num. seqq. usque ad num. 58. Quid si consuetudo sit inter laicos. n. 33. Et quid si praedialiter Ecclesiae aliter, quam respectu immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae. n. 34. Et quid in consuetudine interpretativa. n. 35. Et quid in consuetudine inductiva decem, vel viginti annorum. n. 37. & 42. Et quid in centenaria. n. 40. Et quid in quadragenaria. n. 41. Et quid in immemorabili. n. 42. Et quid si cum immemorabili concurrat fama privilegii. n. 52.
- 33 Consuetudo multum gravans Ecclesiam est nutritiva peccati, & imperscriptibilis.
- 35 Consuetudo interpretativa non censetur sublata per statutum tollens consuetudinem.
- 36 Consuetudo interpretativa favorabilior est, quam inductiva. & sufficit probare observantiam sine praescriptione.
- 37 Consuetudo minoris temporis, quam annorum quadraginta, contra Ecclesiam non procedit. & n. 42.
- 38 Et quid si consuetudo non specialiter contra Ecclesiam, sed generaliter contra omnes.
- 39 Consuetudo laicorum non potest clericos abstringere.
- 40 Centenaria consuetudo, vel praescriptio procedit etiam contra Ecclesiam Romanam concurrentibus de iure requisitis.
- 41 Consuetudo, vel praescriptio quadragenaria obtinet contra Ecclesiam. & n. 44.
- 43 Nisi magnum illi afferat praedialium.
- 45 Beneplacitum Apostolicum ex cursu triginta annorum cum serventia subsequente, praesumitur etiam contra Ecclesiam de iure communi.
- 46 Sive fuerit reservatum, sive non.
- 47 Secus post Bullam Urbani VIII. Negativa sufficienter probatur ex registro, in quo dispositio, de qua agitur, non reperitur descripta ibid.
- 48 Beneplacitum quamvis praesumatur ex observantia triginta annorum, etiam ubi agitur de magno praedialio; tamen ex registro probari potest non intervenisse.
- 49 Immemorabilis potest Ecclesiam praedialicare, quia habet vim tituli.
- 50 Contrarium. Declaratur, n. 52.
- 51 Immemorabilis non habet vim privilegii quando est a iure reprobata, vel quando est in materia, in qua non est verisimile, ut Papa aliquem privilegietur.
- 52 Immemorabilis consuetudo, vel praescriptio praedialialis Ecclesiae, quibus casibus tollatur per constitutionem Urbani VIII.
- 53 Immemorabilis a iure reprobata non sustinetur post Bullam Urbani VIII. etiam concurrente fama privilegii Apostolice.
- 54 Laicus est incapax iuris conferendi etiam ex consuetudine in limine foundationis, vel ex immemorabili.

- nisi fama privilegii concurrat.
- 55 Item nullo unquam tempore potest praescribere in decem annis, nisi concurrente fama privilegii.
- 56 Item nec per immemorabilem acquiri ius nominandi capellanos amovibiles in parochialibus Ecclesiis, nisi cum praedicta fama.
- 57 Secus post Bullam Urbani VIII.
- 58 Papa officium est Ecclesiarum idemitati consulere, & perniciosas consuetudines extirpare.
- 59 Constitutio Urbani VIII. improbanda, & casum quicumque praedialis Sedis Apostolicae, vel iurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, Ecclesiae, & personae Ecclesiasticae, earumque bona, ac iuribus, per partes refertur. & n. n. seqq. usque in fin.
- 61 Legati, Ministri Apostolice, & feudarii sine speciali mandato Papae non possunt quicquam praedialiter Ecclesiae, vel personae Ecclesiasticae facere, seu rolerare.
- 63 Bulla contra Dominum publicatur quae omnia ad damnamda, & irritanda Ecclesiae, & personae Ecclesiasticae praedialia cum eorum iuribus, & observantia, etiam immemorabilibus, & n. 74.
- 65 Constitutionibus Apostolicis ad sustinenda Ecclesiae praedialia obici non potest, quod non sunt publicatae, vel usu receptae.
- 66 Libri continentis opiniones damnatas, vel minus legitimas Bullarum interpretationes, etiam permissu Legatorum editi non sunt attendendi.
- 67 Maleficia Legati, & Nuncijs illata in donec ingressum in provinciam, vel eorum facultates impetierint, ac eos expellendo, damnantur.
- 68 Collecta Ecclesiae, ac personae Ecclesiasticae, earumque bona sine Apostolica auctoritate per laicos, vel alios imponi, & exigi non possunt etiam a sponte dantibus.
- 69 Licet coram attentata contra Ecclesiam, ac personam Ecclesiasticam, etiam ab immemorabili, & cum fama privilegii, iure sit nulla.
- 70 Immunitas, & libertas Ecclesiastica a violatione generaliter improbanda. & n. 72. Et ad cautelam revocantur cum consuetudinibus etiam immemorabilibus, & cum fama privilegii. n. 74.
- 71 Investitura, pignorationes, & aliae dispositiones temporales de bonis Sedis Apostolicae, vel inferiorum Ecclesiarum prorogari, aut perpetuari non possunt.
- 72 Immunitas Ecclesiastica, & Ecclesiae, ac personae Ecclesiasticae, earumque bona praedialia quaecumque sunt irrita, nec unquam fuerunt convallidata, etiam ex immemorabilibus, cum fama privilegii, scientia, & permissione Romanorum Pontificum.
- 74 Eadem cautelam revocantur.
- 75 Si Ecclesiae in integrum restituantur.
- 76 Enunciativa iurisdictionis, & quaedam alia per iuriam ministrorum in expeditionibus litterarum inserta, declarantur erronea. & n. seq.
- 77 Principes privilegia imperatores obligantur ex stylo ad tuendam immunitatem Ecclesiasticam.
- 78 Status illius Ecclesiarum, earumque virium non est attendendus, ubi de antecessoribus contrarium statu constat.
- 79 Interpretatio gratiarum, & dispositionum Apostolicarum in favore suo superiorum Principum Regularium, & alij quibusvisque interdicta est sub poena excommunicationis lata sententia.

CONSUETUDINES. Duos habet intellectus, juxta primum, & communem, hoc dicit. Consuetudo inferens gravamen Ecclesis, seu eis onerosa, non tenet. Sed juxta secundum, quem Abb. dicit esse magis singularem, hoc intendit. Consuetudo inferens gravamen Ecclesiae, debet iudicis officio tolli. Breve est, & divisionem non patitur.

Nota primo, ex hac decretali, & nunquam obliviscaris generalem regulam in favorem Ecclesiarum, secundum Abb. & Decium in primo not. videlicet consuetudinem in Ecclesiarum praedialium, & gravamen inducti non posse; nam, verbum remittere, hic positum, exponitur, id est tollere, & non secundum eas indicare, secundum Innoc. in ver. Remittere, cui subscribunt Jo. Andr. & Card. ambo num. 2. vel radices extirpare, secundum Abb. Antiqui in eodem ver. & Host. num. 2. & sic supponunt Doctores huiusmodi consuetudines non de jure, sed de facto tolli, ac extirpari debere tanquam illicitas, & perniciosas corruptelas; & ita declarat explicito Cardin. hic nu. 22. ver. Et secundum praedicta, dicens; (Et quamvis per tales consuetudines non ligentur Ecclesiae, tamen quia quandoque, de facto gravantur, ideo revocari debent.) Ad hoc cap. Mala, & dist. de c. Bona vel. 12. q. 2. & hic intellectus, quem Abb. hic in princ. facit esse communem, hodie reperitur canonizatus in constitutione, fan. mem. Urbani VIII. de qua infra num. 179. nam in §. Nec non reliqua, de quo infra in sumario, num. 72. consuetudines in praedialium, Ecclesiarum declarantur esse ipso jure nulla, & quamvis postea essentur, & revocentur; id tamen dicitur fieri ad abundantiore cautelam, & quatenus foret opus, & nihilominus illicitas, irrationabilesque declarantur in §. Et quatenus foret opus, ut patet infra in sumario nu. 74.

Pone autem in c. 1. infra de his, qua sunt a maiori parte Cap. secundum Innoc. & Abb. hic in prima, vel secundum Hoff. num. 5. Pone exemplum in c. Clerici, de iudic. in c. Non minus, & in c. Adversus, de immunit. Eccles. & in c. Navit. de sent. excom. Alia quinque exempla consuetudinum Ecclesiarum praedialium, ac reprobatarum habes in praell. constitutione Urbani in §. Maleficia quoque, ut, infra in sumario n. 67. & seq. & quatuor alia exempla in §. Insuperque, ut in eod. sumario, num. 76. & 77. Ratio praedictae regulae, ac decisionis huius decretalis ea est, quia consuetudo ut sit servanda, debet esse rationalis, & Regioni conveniens, & Legi aequae lex, 4. dist. & arg. l. Sunt persona. ff. De ritibus, & sumpt. funer. nam cum illa sit jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex, c. Consuetudo, 1. dist. l. De quibus. ff. De legib. sicut lex debet esse rationalis, & Religioni convenire, ita & consuetudo; alioquin dicenda est potius corruptela, & non servari, sed magis extirpari debet, d. c. Mala, 2. dist. & c. sic. infra eod. At consuetudo Ecclesiae onerosa, seu praedialialis, ratione caret, c. 1. infra de his qua sunt a maiori parte, Cap. c. Ad auctoritatem. c. Cum inter nos, & venerabilis, infra eod. & c. Causa, de sent. & re indicat. gloss. in hic Hoff. num. 6. & 7. & Abb. in 1. non. ver. Et si quaeratur de ratione, Jo. Andr. supra in tribus, num. 19. ver. Nec obstat, & patet ex me-